



Præstantissimo Viro  
**DOMINO NICOLAO**  
**FLORENTINO**

I. C. Neapolitano, Aduocato eximio,  
Meo Domino, & Compatri  
Colendissimo.

**C**VM Praxim hanc Iudiciariam, à Hieronymo Nicolini I. C. Theatino editam, cum diuersis notabilibus additamentis, varijsque, ac valdè vtilibus obseruationibus Nicolai Vincentij Scoppa I. C. Neapolitani, iam typis dari curarem, materia tām vtilis, ac necessaria pro bono regimine iustitiæ, (cuius caput, & fundamentum, tām in ciuilibus, quām in criminalibus, est ordo) idcircò, vt compositio ista, à linguis igneis, & inuidorum procellosis flatibus, tuta remaneret: illam proptereà tuo nomini, nouo Atlanti huius seculi, iure optimo, esse sacrandam putaui; de cuius vastitate ingenij, eximia virtute, ac prudentia, quis non miratur? dicant ij qui fælicissimum tuum gubernium degustauerūt, tanta charitate, tām felicitè, tām iustè, tām integrè: meritissimus verè integras prouincias regere: dum omni tempore florent in ore tuo flores suavitatis, & mel in ore, pietatem in corde, ac iustitiam ante oculos continuò habes; Merito igitur, tota hæc Fidelissima Ciuitas, primum eius conci-  
uem